



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 242. Quid circa crimina excepta & juris ordinem sit addendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

Quòd si litigetur occasione unius rescripti in causa principali, & alterius in causa appellationis, de validitate appellationis cognoscere debet, non Iudex super principali, sed deputatus super appellatione, Cap. *Dilectus*, 29. de rescriptis. Quis in materia simoniæ fit Iudex competens, vide *Leur.* p. 3. q. 757. Quis in materia juramenti relaxandi, *Delbene* c. 8 dub. 28., qui c. 10. d. 18. docet Papam judicare inter duos Supremos Principes.

Q. 242. *Quid circa crimina excepta & juris ordinem sit addendum.* R. 1418

§. I. Crimina excepta, in quibus opus non est semper servari omnem juris ordinem, sunt hæc, 1. Læsæ Majestatis: 2. Hæreseos: 3. Sagarum: 4. Proditionis: 5. Conjuracionis: 6. Falsæ monetæ, 7. Latrocinii. In his tamen aliisque omnibus non potest aliter procedi, quàm recta ratio & jus naturale dicter, uti rectè *Spe* in *Caut. Crimin.* dub. 5.

§. II. Iudex supremus & independens potest in crimine enormi & certò notorio omittere ordinem juris, si in mora sit grave periculum Reip., uti si reus alioqui esset evasurus. An autem possit sententiam mortis ferre more belli & sine ullo, ne summario quidem processu, dubium est, negat *Lugo*; affirmat probabile esse, quòd possit in urgente casu, *Less.*, uti si solus Rex sciret adulterum vim inferre Reginæ, quia sic fieri expediret ad Reginæ infamiam vitandam. Vide *Tamb.* l. 6. c. 1. §. 4. 1419

## DUBIUM II.

*De Potestate & Officio Iudicis.*

1420

### ARTICULUS I.

*Quid requiratur in Iudice.*

**R**esp. I. Præter tria dicta Superiore dubio, requiritur scientia, quâ sciat suo munere rectè fungi.